



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De terminorum obseruatione in articulo remissoriæ decernendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

debis in dicta l. qui pro tribunali, in vltima questione, quæ regulam negatiuam tradit, quòd pendente dilatione nihil à iudice innouandum est, quam deinde plurifariam limitat.

Nicolaus Antonius Grauatius.

De terminorum obseruatione in articulo remissoria decernenda.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

Termini obseruandi in articulo remissoria decernenda.

Nonnunquam a etiam ex partibus nò scripturis tantum, sed etiam testium depositionibus egemus, Pro * quibus in oleuit ^{usu} literarum remissoriarum, quibus scilicet iudex testis examen ad iudicem de partibus remittit, pro quibus obtinèdis solet Palatium hos præcipuè terminos seruare.

Ad dicendum contra commissionem, si non vigore ionocentianæ bullæ, sed in vim specialis commissionis petatur remissoria, ad primam.

Ad videndum decerni literas remissorias iuxta formam commissionis, si vigore eiusdem petantur, aliàs ad videndù decerni illas in vim innocentianæ.

Ad concordandum de loco loci & de iudice.

Ad dandum interrogatoria,

Ad videndum includi articulos,

Ad videndum iurare portitorem.

Omnes prædicti termini, excepto termino ad dandum interrogatoria, qui seruatur ad cras, seruari poterunt etiã ad statim, si volueris, eosq; ^{seruandum}

dum

dum diuifim, verumetiam omnes inculcatus expectabit tamen iudex tanto tempore fictum, antequam articulos includat, & rotulam portitori confignet, quantum possit dare interrogatoria.

Consuevit tamen sacrum Palatium petentem remissoriam dilationem quoque concedere, & probandum in partibus, utpote duorum mensium, & alteri parti, contra quam decernitur, aliam successiuam semper breuiorem utpote unius mensis, ad effectum ut possit, si voluerit, peruenire ad testium ex aduerso inducendorum reprobationem, & exceptiones sibi contra personas ipsorum competentes probare. Prima dicitur probatoria, quam solent etiam Patres & breuiorem, & longiorem, iuxta loci distantiam, concedere amplius, & dilationes datas prorogare semel vel pluries ad probantis vel reprobantis instantiam, qua in specie utpote dilationem solet Palatium exemplo legis plurimum tribuere iudicis arbitrio. De quibus inferius suo loco dicemus.

Quandoque etiam euenit, ut litis vna, vel duabus sententijs, antequam tertia feratur sententia, ob non appellationem, vel non legitimam prosecutionem in rem transeat iudicatam, & victor velit ad executionem procedere, concedantur victo, seu seruantur dilationes infra scriptas.

Ad dicendum contra commissionem, qua datur facultas exequendi.

b Ad docendum de appellatione ac legitimitate eius prosecutione.

Primo pro prima dilatione, }
 Secundo pro secunda, } Singuli ad pri-
 Tertio pro tertia. } mam.
 Quarto pro quarta. }

Solent tamen practici, vt hanc telam ac terminorum obseruationem euitent, commissio- nem impetrare, qua datur, vt loco omnium supra dictorum terminorum præfigatur terminus victo ad docendum de appellatione, legitimaq; eius prosecutione, quo elapso, ad executionem procedatur.

AN NOT AT I O N E S.

Nonnunquam.) *Formu. aduoc. vide as in prin. ca. 14. a*
num. seq. & iterum cap. 35.
 Ad docendum.) *Prædicti formu. compilatore m legas b*
cap. 40. Nico. Anto. Grauatius.

De obseruatione terminorum in crimine, vel alio facto notorio.

C A P. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Notorio in facto quomodo procedatur. & num. 3. & 4.
- 2 Notorijs in causis ordo est, ordinem non seruare. & num. 4.

Plerunque a etiam res* non ordinariã cog- a
 nitionem desiderat, vtpote vbi super no- i
 torio crimine, vel alio facto ageretur, quo
 *casu iuris ordinem non seruamus, immò illum 2
 non seruare est secundum iuris ordinem proce-
 dere, extra de iureiur. c. ad nostram. 3. q. Quam-
 obrem extraordinariam vocamus eorum cog-
 nitionem, quæ traditur extra de accu. c. qualiter.

T

2. S.